



NOVA POSONIENSIS.

ANNO CHRISTI MDCC XXII.

DIE XXVI. AUGUSTI.



Etropoli, a. d. 10. Julii.

Acceptis è Moscho-
viâ litteris per cur-
sorem extraordina-
rium, quòd Czarus
Moschorum post ad-
ventum Astracanam

in Caspii maris finum intraverit, & clas-
sis ejusdem è 250. liburnicis & triremi-
bus composita 20000. armatos eò at-
tulerit; totus propemodum orbis resciri
desiderat, quidam Czarus cum tam
formidandâ classe in mari Caspio ma-
chinetur. Czarus in personâ juxta curso-
ris dicti relata, classem suam conscen-
dit unâ cum ingente armaturâ & mili-
tiâ tam propriæ nationis, quàm Cosac-
cinæ & Tartaricæ, quam & habet jussis
obsequentem, ur sibi progressum spon-
deat non contemnendum.

Româ, a. d. 18. Julii. Ut inter hanc

Aulam Sanctissimi & Sabaudicam glif-
cens offensio amicè componatur, lapsâ
Solis in præsentia Suæ Sanctitatis Con-
gregatio est habita, quæ variis è Pur-
puratis & Prælatiis consistebat. Mercurii
præteritâ, cursor è Prorege Neapolis
huc expeditus litteras contulit Sanctis-
simo & Cardinali de Cienfuegos, qui
subitò remissus fuit; quarum scopus &
argumentum litterarum vertere in eo
dicitur, quo pacto classi Turciæ, quæ
videtur minitari assultum insulæ Meli-
tensi, paratis viribus sit obviandum.
Cum Turcicum navale robur discurrat
in freto Corcyrensi, crebra servatur
hic Congregatio; cùmque præsumatur,
quasi thesaurum Lauretanum destinârit
in spoliolum, omnes eò tendentes aditus
circumspectè præcluduntur.

E tractu Danubii, a. d. 11. Julii. Constantinopoli recentiores affirmant litteræ, quòd infelix Persarum Rex adhuc quidem in suæ Coronæ restet gremio, ast pede quasi fugitivo, suamque novercantem fortunam majori Turciæ Sultano deduxerit ad notitiam, suppetias contra rebelles suos implorando. Primipilum verò factionis de Mereweis suis in litteris ad Sultanum datis ita describit ac quasi delineat: quòd sit natione ac genio Tartarus, ac semper Chami sui fâvore gavissus fuerit, hinc & ipsi frequens demandata sit Legatio, prout & nuper Ispahanæ; ubi satis fuit observata ejus sagax prudentia, & Coronæ appetens, jamque in facto patet, qualiter Ministros Regni suas in partes inclinare noverit. Rex ita suis à subditis, nondum à spe derelictus, Imperio Turciæ spondet cedere urbes imò ditiones, si rogatæ suppetiæ ipsi ministrentur. Primipilus verò Dux Persarum rebellium de Mereweis in casum talis auxilii fertur in promptu habere [quòd fidem quasi superat] 500. bellatorum millia, & absque eo cum magno Mogolo & Cæsare Chinensi tractatum inivisse, vigore cujus est certus de auxiliis, nec ullum hostem pertimescens. Fertur dictus Mereweis Sopho, seu Regi Persiæ, ejusque natu majori filio, ad Turcicos fines profugis, ast in fugâ deprehensus, more victoribus Orientalis plagæ usitato, oculos barbariùs exclusisse.

Parisis, a. d. 31. Julii. Sacræ Sedis hic agens Nuntius D. de Maffei, edoctus de lamentabili statu Avenionis, contagio adhuc atrociter sæviente infectæ civitatis, hic à quodam mercatore non spernendam in censum levavit summam peculii, ad Magistratum desolatæ urbis expeditam in civium

aliquale solatium, de miseris, quorum peracerbis Sanctissimum pariter spe curandi levaminis erudit. Cùm Hispaniam inter & Britanniam, juxta hujates discursus Aulicos, adhuc controversa sint quædam capita non vulgaria, Dux Coronæ Regens interventu suo & officiis studet rem eò disponere, ut ante finem Augusti adhuc congressus pacis sequatur activitas, in eoque competens inquiratur medium ad harmoniam inter Aulas utrasque componendam; cujus ante congressus finem militia hujus Coronæ minorem ad numerum vix reducetur; neque ante Octobris initium ad solemnem Regis nostri unctionem procedetur, cujus tam Actus, quàm Aulæ Rhemos transitus expensæ tres saltem milliones librarum absorbebunt. Juxta Madrito datas, Aula Hispaniæ Edicto publico suis omnino commercio & cum Venetorum Republicâ & Mauritanæ Regno interdixit. Non frater Cardinalis de Acunha, sed ejusdem nepos in supremum Ordinis Melitensis Magistrum electus fuit. Tribunal hujus criminale pergit in complices famosi Cartouche pœnas capitales exequi, cujus nepos heri dedit pœnas laquei; junior quòque ejus Cartouche frater, 14. annos natus, laqueo sub axillis constricto suspensus fuit, post aliquot annorum tolerandos carceres, ad triremes, relegandus; cujus frater alius 18. annorum ætatis pœnâ laquei collo inferti hodie afficietur.

Alia indidem, a. d. 3. Augusti. Gubernator Metensis hanc Aulam curavit erudiri, quòd Princeps Elector Trevirensis intendat diversa in tractu Mosellano loca communire, ac frequens machinatur bellicus desuper ad idoneas arces fabricandas ornandasque sit requisitus. Ante biduum Legatus Electo-

ris Bavarix tres capfas argento imple-
tas aliisque cimeliis transmisit hinc Mo-
nachium pro feſto nuptiali, Electora-
lem inter Principem & Archiducem Jo-
ſephinam celebrando. Eadem Miniſter
nobilis à Rege Britannix huc expedi-
tus appulit, ac heſternâ quidam do-
meſtici Comitſ de Witworth, pro Ca-
meraceniſi congreſſu Plenipotentiarii
Anglix, cum nuntio, Principalem ſu-
um de Witworth hâc ſeptimanâ pari-
ter hic eſſe affuturum. Circa ſpecies
monetæ aureas & argenteas hæc Aula
mutabit valorem extrinſecum, unde
ancipites mercatorum animi ſuſpen-
duntur, lucrum aut damnum habitu-
ri. Mandatum hæc Aula tandem de-
dit 12000. veſtes militares pro diver-
ſis legionibus, quæ vel maximè indi-
gebant, promptè laborandi. Confir-
matus huc refertur nuntius, quòd Tur-
cica classiſ inſulam Melitenſem terrâ
marique obſeffura venerit; cum verò
primaria inſulæ civitas inſtructa ſit ab-
undè omnibus ad reſiſtendum oportunis
vix quidquam cum ſperato effectu exe-
quetur.

Alia de eodem. Cùm inſula Meliten-
ſis aucta ſit è Sicilia granorum inſigni
ſubſidio, navèſque Ordinis dicti Meli-
tenſis ſpatio duorum menſium unde-
cim piraticas Barbarix in prædam tuler-
int, in quibus duæ fuerunt Tunetanæ,
una 46. & altera 36. armata canõnibus,
ac 617. capſa ſunt mancipia, pro du-
centis loci munimentis applicata, Me-
lite nihil periculi aſſultûs pertimeſcit.
Civitas Arauſio jam omni malo conta-
gii eſt liberata, quemadmodum & vol-
centis provincia.

E tractu infer. Rheni, a. d. 6. Auguſti.
De 25tâ lapſi menſis accepimus Viennâ
Auſtriæ, Comitem de Thõring Lega-
tum Principis Electoris Bavarix paucis

intrâ diebus eò reducem exſpectari
Monachio, ut dies nuptiali Principem
inter Bavarico-Electorem & Mariam A-
maliam archiducem Joſephinam cele-
brando Auctui præfigatur. Inter alia,
quæ cum Statibus Hungaricis ex parte
Cæſaris ac Regis tractantur Poſonii,
venit cauſa commercii verſus Auſtriam
per Hungaricam nationem exercendi;
quanquam Status Auſtriaci non videan-
tur conſenſum eò paratum addituri.
Sub hujus 23tiam extraordinarius cur-
ſor, à Marchione de Almenara Prorege
novo Siciliae expeditus, huic Aulæ nun-
ciabat, quòd 14. Turcicæ naves belli-
cæ, vi tempeſtatis rejectæ Syracuſas,
Gubernatorem loci Comitem de Traun
rogaverint licentiam ære parato ibi-
dem coëmendi vitæ ſubſidia & aquas
recentes navibus inferendi; quòd pro-
inde, conſilio militari prævio, con-
ceſſa ſit ſiſ facultas 3000. Othomannos
in terram exponendi, aſt ſinè armis,
pro alimentis, uti præfertur, compa-
randis, datâ priùs fide publicâ, quòd
non intendant contra Status Cæſareos
vel minimum hostile machinari. Cùm
ea classiſ Turcica & naves eò pertinen-
tes credantur inſulæ Melitenſi aſſultum
paraturæ, novus Equeſtris ejuſdem Or-
dinis Magiſter per curſorem extraordi-
narium auxilia in caſum inſultûs Cæſa-
ream Majeſtatem Suam rogaviſſe dig-
noſcitur; & quantum refertur ex Ita-
liâ, 19. bellicæ naves Turcicæ & 60.
actuariæ dictam verſus inſulam curſum
tenuère: unde Sanctiſſimus ſuis tire-
mibus aſſiſtet classi Melitenſi.

Alia de eodem. Dominus de Cavalieri,
novus ad hunc Rheni tractum aliàsque
Germaniæ partes Sanctiſſimæ Sedis Nun-
tius, proximè exſpectatur in Auguſtâ
Ubiorum Colonia, cujus Aulæ Miniſtri

aliquot cum impedimentis jamtum eò intraverunt, in RR. patrum Ordinis S. Dominici Cœnobium diversati. De 4^ta refertur Hagâ Comitit, quòd Domini de Welderen & Hamm è provinciâ Geldriensi propediem eò sint accessuri, quorum post adventum circa præsentem ærarii publici statum, nominumque ab his Ordinibus contractorum expediens remedium multa conferentur, ac conclusum resultabit, omne Principibus extraneis restans debitum variis in terminis esse persolvendum. Negotium inter Hispaniam & Britanniam restat adeò implicatum, ut de congressus pacis initio nihil certi affirmare liceat; cumque Anglicus Comes de Witworth expeditus ad Aulam Galliarum Commissa gradioris momenti acceperit, quæ saltem mensis aut 5. hebdomadam præsentiam ejus personæ desiderant, in ejus reditum congressus pacis Cameraci absdubiè suspendetur. Status Belgii Generales colloquia in causâ successio- nis Guilielmi Regis Angliæ olim defuncti adhuc continuant; verum media non reperiunt apposita ad persuadendum Regem Prussiæ, ut postulatis Ordinum Belgicorum in favorem Ducis Nassavio Frisiensis annuat, neque Comes de Hompesch, Minister Hollandicus Berolini, quanquam Principis hâc in parte causam operosè promoveat, quidquam nervosè impetravit. Constat è Poloniâ, Regem ejus Coronæ post reditum è Saxoniâ Varsaviam cum respectu tam propenso exceptum esse à Magnatibus, ut spes promicet, Electoralem Saxoniæ Principem in comitiis successorum Coronæ esse declarandum. De 7^ma currentis rescimus Hagâ Comitit quòd Status Hollandiæ ac Occidentalis Frisiæ à 5^ta hujus in confessu delibèrent circa jura seu locagia mercium, quæ tam in-quam exportantur. Mini-

ster quòque Moguntini Electoris expectatur Hagæ, cum quo à Statibus de vectigali Rhenano colloquia inibuntur. Concordibus erudimur litteris, quasi Czaream inter Majestatem ac Turciæ Aulam convenerit de Sopho, seu Rege Persiæ, in thonum restituendo, quantumcunque rebelles inferiore armorum vi renitantur. De 1^ma currentis scribitur ex urbe Londinensi, quòd in congressu Cameracensi sit ordinandum, ut Britannia Gibraltaram & Portum Nao- nis, præcipuum quasi pomum Eridis, Hispaniæ in præsentem Statu restituat; bene ponderato, quòd duo hæc loca tantum provisionaliter cessa sint Britanniæ, donec fœdus quadruplum ab uno alteroque Federatis Principibus fuerit signatum ac ratificatum.

Posonii, a. d. 26. Augusti. Jovis præ- tã, utpote in Festo Proto-regis nostri Apostolici S. Stephani Eminentissimus archi-præsul noster S.R.E. Cardinalis Dux Saxoniarum &c. in collegiatã ad S. Martinum Ecclesiã præsentibus non solum à Sacratissimã Cæsareã, Regiæque nostræ Apostolicæ Majestati ad congressum hic Summo fervore perdurantem specialiter in commissis morantibus excellentiss. D. D. Comitibus Gundakero à Starhenberg, & à Kynzky, sed & fere omnibus regni nostri Magnatibus, cæterisque inclytis Statibus, Solemnissimè pontificalia persolvit, omnibusq. ibidem præsentibus, ac pro emolumento Sacræ Romanæ Ecclesiæ, principum Christianorum constante unione, Sacratissimæ Cæsareæ regiæque nostræ Apostolicæ Majestatis felicissimis progressibus, preces fundentibus, ex auctoritate Ecclesiasticã centum dierum indulgentias clementer concessit. Hesternã verò altè fata sua Eminentissima serenitas ab hinc sese viennam contulit.